

se mysticè nobis insinuans, quod apud ipsam Petri nauiculam, apud Romanam Ecclesiam, totius Christianæ doctrinæ autoritas & magistrum remaneret. Huius igitur tam authentica, tantæque magistræ iudicio me totum, meaq; omnia scripta, seu scribenda plenè subijcio, integraq; submitto, cuius & protectionem, ubi contra Dei inimicos pugnauero; correctionem, ubi errauero; approbationem, ubi rectè sensero, instantissimè postulo totis votis. Contra has quoque difficultates omnes & singulas, dulciter me confortat ille fortis adiutor, apud quem non est impossibile neque difficile omne verbum. Scio namque, Domine Deus, scio, quod te sustinentes non despicias, non deseris, non relinquis, sed sustines, doces, foues, circumdas, roboras & confirmas. Hac igitur fretus fiducia, sub inuictissimis signis tuis militaturus continuè accipio causam tuam.

Dignantibus autem opusculum istud inspicere, pro quotationibus textus Aristotelis, aduertendum, quod ubi Auerroes commentando exponit, quotatio sumitur secundum partitiones ipsius & particulas commentorum; alibi autem secundum diuisiones capitulorum apud alios conijueas.



CAPIT.

CAPITVLA PRIMI LIBRI.

CAP. I.

Primum præmittit duas suppositiones: quarum prima est, Deus est summè perfectus & summè bonus, in tantum quod nihil perfectius vel melius esse potest. Secunda est, Nullus est processus infinitus in entibus; sed est in quolibet genere unum primum.

COROLLARIVM.

I. Pars.

Habet Corollarium morale continens 40. partes, contra 40. errores, quarum prima est contra Protagoram dubitantem Deum esse.

II. Contra Diagoram & insipientem negantes Deum esse.

III. Contra dubitantes vel negantes Deum habere realiter, æquiualeuter vel supereminenter omnem virtutem & quamlibet bonitatem, & vniuersaliter quicquid melius est habere quam non habere, omnium modo omnimodè bonum esse, & omnimodam bonitatem habere, quod melius est esse & habere, quam non esse, & non habere, ac omne vitium & malitiam non habere: & vniuersaliter omnem bonitatem non habere, quod non habere est melius quam habere, aut aliquod habitum aliquo alio modo habere, quod non habere esset melius quam habere, aut quicquam frustra superfluum habere: vel non semper esse summè felicem, beatum, actiualem seu actum, ita quod nihil felicitius, beatius, vel actiuus esse posset.

III. Contra negantes Deum esse virtutis & bonitatis cuiuslibet simpliciter infinita.

V. Contra dicentes Deum non plenè sibi sufficere sed alio indigere.

VI. Contra credentes Deum non necessariò, sed contingensier esse summè perfectum & Deum, ipsumque esse mutabilem, irascibilem, placabilem, tristabilem, letabilem aut passibilem: nouiter quacunque alia passione; opinantes quoque quod Deus sit nomen accidentale & non essenziale simpliciter.

VII. Contra negantes Deum esse omnipotentem actum, & nullipotentem passum: id est, non posse ab alio quicquam pati.

VIII. Contra opinantes Deum non esse substantiam & potentiam rationalem, habentem intellectum & liberam voluntatem cognoscentem actualiter & volentem; putantes quoque voluntatem diuinam non esse vniuersaliter efficacem, id est, non impedibilem, non frustrabilem, non defectiuam ullo modo.

IX. Contra credentes Deum aliquid ignorare.

X. Contra fingentes Deum ex membris humanis, vel alijs seu quibuscunque diuersis componi, negantesque ipsum esse substantiam simplicissimam, impartibilissimam, nullam compositionem, partibilitatem, magnitudinem habentem, magnitudinem scilicet corporalem.

XI. Contra Zabios & sapientes eorum Cælum pro Deo colentes.

XII. Contra adoratores Solis vel Lune, Martis vel Iouis, cuiuscunque signi cælestis, vel quorumcumque signorum, & vniuersaliter cuiuscunque partis cæli.

XIII. Contra fabricantes sibi Deos temporales, homines, animalia, arbores, ignem aut quancunque rem talem.

XIII. Contra negatorios & negates, qui multitudinem onerosam Deorum equalium eiusdem speciei, seu nature adorant.

XV. Contra fingentes multos Deos equales, natura seu specie differentes.

XVI. Contra ponentes confusionem multorum Deorum: inæqualis virtutis, & disparis dignitatis, siue eiusdem speciei, siue diuersæ.

XVII. Contra negantes Deum esse unicum, & non plures, affirmantesque esse possibile plures esse: negantesque necesse esse simpliciter esse unicum & non plura, affirmantesque esse possibile plura esse.

XVIII. Contra ponentes multa principia prima simpliciter contraria inuicem, quorum nullum reducatur ad aliud, nec omnia ad aliquod. Vnam illis commune: puta bonum & malum, ac consequenter

## Capitula primi Libri.

quenter ulterius somniantes duos Deos huiusmodi sive plures.

XIX. Contra Poetas mentientes Deum hominibus studiosis aut alijs invidere.

XX. Contra fabricantes Deos inhonestos & turpes, comedentes, bibentes, mulieribus commissentes, in rebus aut ludis inhonestis, turpibus, & Scenicis delectantes.

XXI. Contra Idololatrias.

XXII. Contra Arianos.

XXIII. Contra Donatistas.

XXIV. Contra Sabellianos.

XXV. Contra non distinguentes, sed concedentes simpliciter Deum esse infinite virtutis & potentia infinite, etiam intensive.

XXVI. Contra Pictores Dei ipsum varijs qualitibus, attributis, habitibus vel actibus accidentibus, & realiter diversis ab eo, aut quibuslibet accidentibus accidentem aliquo depingentes.

XXVII. Contra desperationem sive ex magnitudine, sive ex multitudine peccatorum.

XXVIII. Contra Cainitas credentes Deum nullam peccatorem ad gratiam reconciliationis admittere, nisi prius tantum vel amplius merendo satisfecerit, & satisfaciendo meruerit quantum deliquit.

XXIX. Contra Pelagianos seu Cainitas fingentes Deum nulli beneficium gratis dare; sed tantum pro suo merito precedente.

XXX. Contra indoctos artis amandi, se scientes Deum esse propter se ipsum amandum, & cetera propter Deum, omnesque actus humanos, ad ipsam propter se finaliter ordinandos, ipsiunque esse super omnia arduendum; putantes quoque hominem, pro quantumvis bonis lucranda sive servanda, aut quantumvisque malis penalibus habitis amovendis, sive non habitis praevocentis potentem ista non facere, non peccando debere saltem scienter quicquam etiam minimum facere, contra Deum, contra preceptionem, contra prohibitionem divinam, ipsum vel levisimè quomodolibet offendendo, contra conscientiam regulam divinitus institutam, vel quomodocunque quantumlibet minimum scienter peccare.

XXXI. Contra effrares dicentes omnia bonis & malis equaliter evenire, malum aliquod impunitum, vel bonum aliquod irremuneratum manere: mentientesque Deum quengum abundantanter punire, scilicet ultra condignum vel etiam ad condignum, & parè quempiam premiare, scilicet extra condignum vel non ultra condignum; fingentes quoque divina pietatis & misericordiae infinite nusquam congruere punire quocunque delictum; sed totam semper dimittere misericorditer impunitum.

XXXII. Contra Philosophos presumentes se posse cognoscere Deum plenè, & eius quamlibet actionem; deridentes propterea Christianos credentes nonnulla de Deo, & de actionibus eius miris, de actionibus etiam creaturae virtutis divinae, quae per viam rationis humanae nesciunt demonstrare.

XXXIII. Contra Philosophos negantes possibilitatem creationis, admirabilioris & re-creationis.

XXXIII. Contra Philosophos negantes possibilitatem creationis mundi.

XXXV. Contra Philosophos & haereticos, negantes possibilitatem Conceptus & partus Virginis, dicentesque Christum nequaquam de sancta Maria semper Virgine natum esse.

XXXVI. Contra Epicureos & Sadduceos, dicentes spiritum nullum esse, immortalitatem quoque anime rationalis irrationabiliter abnegantes: & contra Averrois astruentem omnes homines unicum animam rationalem habere.

XXXVII. Contra Philosophos negantes motum coeli & generationem hominum posse cessare, mortuos posse resurgere cum suis corporibus, bonos posse ad caelos conscendere, & malos descendere ad inferna, & utroque posse sic vivere in aeternum.

XXXVIII. Contra Philosophos & Haereticos negantes meritum temporale posse rationabiliter premiari premio sempiterno, aut peccatum temporale posse iuste puniri pena aeterna.

XXXIX. Contra Philosophos & Haereticos negantes resurrectionem mortuorum futuram ad vitam beatam vel miseram secundum differentiam meritorum: concedentesque ipsam esse futuram, sine statim post mortem, sive post spatium magni anni in corporibus bestialibus, vel humanae, alienis vel proprijs ad vitam mundanam bestijs vel hominibus solitam temporalem, per quam maiorum resurrectionem futuram ad vitam & beatitudinem sempiternam, & nullorum ad penam & miseriam sempiternam, putantes quoque bonos aeternam beatitudinem possessuros, non tamen in Caelo, malisque aeternam miseriam habituros, non tamen in inferno: sed ambos in terra communiter permansuros: dicentes insuper corpora bonorum nequaquam ad meliorem, sinceriorum & caelestiorum conditionem in futura beatitudine transformanda, aut immortalia tunc futura

## Capitula Primi Libri.

futura; sed in statu pristino remansura, corpora vero malorum vivencia in aeternis supplicijs aeternaliter minime duratura; fingentes etiam impudenter felicitatem aeternam bonorum futuram debere consistere in carnis voluptatibus consuetis, aut in aliquo alio seu quibuslibet alijs praefer Deum.

XI. Contra Aristoteli astruentem mundum non habuisse principium temporale, & non fuisse creatum, nec generationem hominum terminandam; neque mundum seu statum mundi praesentem ullo tempore finiendum. Contra Anaximandarum quoque Platonem, Anaxagoram, Empedoclem, & Maurorum vaniloquos circa idem.

### CAP. II.

Quod Deus est omnium aliorum necessarius conservator: habet Corollarium habens tres partes.

#### COROLLARIUM.

- I. Quod nulla res creata sufficit aliam conservare.
- II. Est, quod necesse est Deum per se & immediatè servare quamlibet creaturam.
- III. Quod necesse est Deum servare quamlibet creaturam immediatius quacunque causa creata.

### CAP. III.

Quod Deus est necessaria causa efficiens cuiuslibet rei factae: habet Corollarium habens tres partes.

#### COROLLARIUM.

- I. Quod nulla res potest aliquid facere sine Deo.
- II. Quod nulla res potest aliquid facere, nisi Deus per se & immediatè faciat illud idem.
- III. Quod nulla res potest aliquid facere, nisi Deus faciat illud idem immediatius quolibet alio faciente.

### CAP. IV.

Quod qualibet creatura mouente, Deus necessariò commouet: habet Corollarium 4. partium.

#### COROLLARIUM.

- I. Quod nihil potest quicquam mouere sine Deo idem per se & propriè commouente.
- II. Quod nihil potest quicquam mouere, sine Deo immediatè idem mouente.
- III. Quod nihil potest quicquam mouere, sine Deo idem mouente immediatius alio mouere quocunque.
- IV. Quod nulla propositio tribuens quocunque creatum cuiusque causa secunda est immediatè simpliciter.

### CAP. V.

Quod Deus non est mutabilis ullo modo: habet Corollarium 5. partium.

#### COROLLARIUM.

- I. Quod Deus essentialiter & praesentialiter necessariò est ubique, ne dum in mundo, & in eius partibus uniuersis.
- II. Verum etiam extra mundum in situ seu vacuo imaginario infinito.
- III. Unde & immensus & incircumscriptus veraciter dici potest.
- IV. Unde & videtur patere responsio ad Gentilium & haereticorum veteres quaestiones, Vbi est Deus tuus, & Vbi Deus fuerat ante mundum?
- V. Unde & similiter clarè patet, quod vacuum à corpore potest esse, vacuum verò à Deo nequaquam.

### CAP. VI.

Quod Deus habet distinctam scientiam omnium. Habet Corollarium, Quod Deus habet distinctam scientiam omnium ne dum praesentium, praeteritorum & futurorum; verum & omnium possibilem & impossibilem, imaginabilem & cognoscibilem quouis modo, unde & omnipotens veraciter dici potest.

### CAP. VII.

Obijcit contra sextum, & soluit.

### CAP. VIII.

Quod Deus habet voluntatem & amorem communiter & specialiter ad quacunque.

### CAP. IX.

Quod voluntas divina est causa efficiens cuiuslibet rei factae, mouens seu motrix cuiuslibet motus, ac uniuersaliter omnium amantissima generatrix, nutrix, & viuifica conservatrix. Habet Corollarium, Quod omnia quae facta fuerunt, facta fuerunt à voluntate divina, & quae facta erunt, facta erunt ab ea.

## Capitula Primi Libri.

### CAP. X.

Quod voluntas diuina est vniuersaliter efficax, insuperabilis & necessaria in causando; non impediibilis nec frustrabilis villo modo. Habet Corollarium, Quod ad Deum velle facere seu fieri quippiam per se, vel per aliud quodlibet quouis modo, necessario sequitur sua fieri illo modo, nec modo nostro conando alias vires apponit, nec est in eo vltra intellectum distans & voluntas in consentientem alia virtus excelsius ponenda; nec aliter se habet operans, quam quiescens, & quod voluntas diuina est primum principium liberum.

### CAP. XI.

Quod primum principium necessarium & verum incomplexum est Deus; & quod principium complexum primum simpliciter est de Deo: pura Deus est, Deus scit omnia, Deus vult omnia, vel aliquid simile.

### CAP. XII.

Ostendit quale sit illud primum principium quia affirmatiuum, & quod sit illud quod Deus est, seu Deus est Deus.

### CAP. XIII.

Ex istis quasi corollarie 12. partes inferi.

- I Quod actus est simpliciter prior potentia.
- II Quod esse est prius simpliciter quam non esse.
- III Quod necessarium est prius possibili contradictionis.
- IV Quod necessarium est prius impossibili.
- V Quod pure necesse esse, seu pura necessitas, est prius simpliciter quolibet alio, ac radix prima, & fundamentum primum omnium aliorum.
- VI Quod principium primum complexum summe & pure necessarium est & firmum.
- VII Quod necessarium nequaquam recte per possibile vel per impossibile arguitur.
- VIII Quod necesse esse, non potest simpliciter definiri.
- IX Quod affirmatiua est prior qualibet negatiua, & quod qualibet negatiua vera reducitur ad aliam affirmatiuam priorem & causam veritatis illius.
- X Quod prima causa cuiuslibet negationis vera est in Deo.
- XI Quod Deus est prima causa cuiuscunque non esse.
- XII Quod prima causa cuiuslibet impossibilitatis & repugnantiae est in Deo.

### CAP. XIV.

Quod diuina voluntas est causa cuiuslibet futuri atque praeteriti, quare ipsum est tale. Et habet Corollarium: Si Deus esse desineret, nihil esset praeteritum nec futurum, verum nec falsum, possibile vel impossibile, necessarium vel contingens, nec etiam posset esse: ex quo & oppositum sequitur euidenter, videlicet ipsum Deum, & sic aliquid praefuisse, esse & fore. O quam necessarium est hunc esse, quem tam impossibile est desinere unquam esse, & quod Deum qualitercunque non esse, contradictionem necessariissime conuenit & importat: & quod necesse esse, videtur maxime proprium nomen Dei.

### CAP. XV.

Quod res scite non sunt cause diuinae scientiae.

### CAP. XVI.

Contra quosdam dicentes quod res scite sunt causa sine qua non diuinae scientiae, sed non causa.

### CAP. XVII.

Distinguit scita diuina, quia quaedam praecedunt quodammodo eius scientiam, & quaedam sequuntur: ostenditque haec esse causam quoquo modo diuinae scientiae, illa nusquam. Et habet Corollarium, quod diuinae scientiae, quae est notitia eius simplex, est per se causa cuiuslibet rei factae, non solum causa sine qua non.

### CAP. XVIII.

Distinguit diuinam scientiam in incomplexam quodammodo & complexam: distinguit similiter scitibilia complexa in priora quodammodo & posteriora voluntate diuina: & ostendit quod priora sunt causa quoquo modo diuinae scientiae complexae: posteriora vero nequaquam, sed quod Deus per voluntatem suam scit illa.

### CAP. XIX.

Obijcit & respondet.

CAP.

## Capitula primi Libri.

### CAP. XX.

Distinguit similiter volunta, in priora & posteriora voluntate diuina, & ostendit quod voluta posteriora, non sunt causa volutionis diuinae, nec causa sine qua non; & quod voluta priora sunt alia qua causa eius.

### CAP. XXI.

Obijcit & respondet, distinguitque rationale & iustum per prius voluntate diuina, per posterius & per mixtum.

### CAP. XXII.

Quod Deus habet volutionem vel nolitionem actualem distinctam contra obiectum quodlibet voluntatis. Et habet Corollarium quod Deus vult omne verum, & non vult positum, seu respuit omne falsum. 2. Quod si Deus vult aliquid antecedens, vult quodlibet eius consequens, & non vult positum omne sibi repugnans. 3. Quod quoramlibet repugnantium vnus habet velle, alterius vero nolle. Quod ad Deum velle quodcunque consequitur ipsum nolle eius oppositum; & contra, quod ad Deum non velle quodcunque affirmatiue vel negatiue significatum, consequitur ipsum oppositum eius velle. Quod ad Deum non nolle quodcunque consequitur ipsum oppositum eius nolle. Quod ad Deum nolle positum quodcunque consequitur ipsum velle idem etiam priuatiue, & similiter de conuerso quod quicquid qualitercunque est, Deus vult illud sic esse: & quicquid qualitercunque non est, Deus non vult illud sic esse.

### CAP. XXIII.

Quod tam scientia Dei quam eius voluntas immutabilis est omnino: Et habet Corollarium, quod Deus nullam nouiter diligit neque odit, nec magis aut minus vna vice quam alia, nec prees aut quaecunque merita bona, vel mala fleunt aut mutant voluntatem diuinam in minimo, huc vel illuc; & quod omne saluandum, aut damnandum, praeuicandum vel puniendum sub quocunque gradu voluit ab eterno saluari, vel damnari, praemari similiter vel puniri sub eodem gradu uicisse; & hoc necdum voluntate conditionali, aut indeterminata, sed ita absoluta & determinata, sicut vult in praesenti vel finali iudicio, aut post videri.

### CAP. XXIII.

Obijcit contra immutabilitatem diuinae scientiae & respondet.

### CAP. XXV.

Obijcit contra immutabilitatem diuinae voluntatis & soluit.

### CAP. XXVI.

Quod tota vniuersitas rerum est bona, & nulla res per se mala: Et habet Corollarium, quod bonum, & per se malum, seu bonitas & pura malitia non sunt contraria, sed opposita priuatiue.

### CAP. XXVII.

Quod omnia à prouidentia diuina eueniunt.

### CAP. XXVIII.

De Fato.

### CAP. XXIX.

De casu & fortuna.

### CAP. XXX.

Quod res voluntariae diuinae prouidentiae legibus gubernantur.

### CAP. XXXI.

Quod actiones voluntariae diuinae prouidentiae supponuntur.

### CAP. XXXII.

Quod omnia proueniunt à Dei prouidentia actualiter disponente, non solummodo permittente.

### CAP. XXXIII.

Quod respectu cuiuscunque est Dei permissio, est & eius volutio actualis.

### CAP. XXXIV.

Si, & quomodo, Deus vult, & non vult peccatum.

### CAP. XXXV.

Contra Pelagium quod gratia gratis datur à Deo, non praecedentibus meritis comparatur: Et habet Corollarium, contra Cassianum medientem, dicendo Deum dare quibusdam gratiam suam gratis absque merito praecedenti: quibusdam vero non nisi prius ipsam recipere mereantur; quare & quod nullus seruus peccati mortalis potest propriis tantum viribus liberari.

### CAP. XXXVI.

Contra Procuratores Pelagii asserentes, quod est merita non sint causa collationis gratiae principis: sunt tamen causa sine qua non confertur.

### CAP. XXXVII.

Contra quosdam Pelagianos dicentes hominem posse ex se tantum debere praeparare; quod si faciat, Deus dabit sibi gratiam suam gratis.

CAP.

Capitula Primi Libri.

CAP. XXXVIII.

Contra quosdam Pelagianos dicentes, quod Deus praeuenit hominem in gratiae collatione pulsando, & homo ipsam acceptionem gratiae aperiendo & consentiendo, ex se tamen pulsanti, & sic ipsam quodammodo promerendo.

CAP. XXXIX.

Contra quosdam putantes hominem ex se tantum posse mereri primam gratiam de congruo, non de condigno. Et habet Corollarium contra quosdam alios recentissimos Pelagij defensores fingentes, quod licet homo nullo modo possit primam gratiam promereri, potest tamen ipsam proprijs tantam viribus impetrare.

CAP. XL.

Quod gratia quae est habitus gratis datus à Deo una cum voluntate humana est causa efficiens proprie cuiuslibet boni & meritorij actus sui.

CAP. XLI.

Quod gratia prius naturaliter, quam voluntas humana efficiat actus bonos. Et habet Corollarium quod tam Deus, quam gratia eius creata efficiat proprie prius naturaliter quemlibet actum bonum creaturae rationalis, quam ipsa; & quod Auctores dicentes Deum facere opera nostra bona, non excludunt, sed includunt Dei gratiam eadem // similiter facientem, dicentesque gratiam Dei facere opera nostra bona, non excludunt, sed includunt Deum eadem similiter operantem.

CAP. XLII.

Quod Deus prius naturaliter efficiat quemlibet actum bonum voluntatis create, quam gratia. Et habet Corollarium, quod Deus, & Spiritus Sanctus, dicuntur quoque modo charitas, & gratia, quia charitate & gratis eadem Deus diligit se & homines, verum etiam quia homo similiter diligit Deum & proximum.

CAP. XLIII.

De penitentia salutaris secundum opiniones diuersas, & de clauium potestate. Et habet Corollarium quod illud est prius secundum naturam, siue prius naturaliter alio, quod est causa illius quodammodo à quo ad aliud tenet consequentia subsistendi, & non è contra est prius: illo secundum naturam. Quare & quod non omne à quo non conuertitur consequentia subsistendi est prius secundum naturam, sed secundum superioritatem seu consuetudinem secundum consequentiam, siue secundum quemlibet alium talem modum, quod non quicquid est prius alio secundum naturam potest esse sine illo, nec etiam quicquid potest esse sine alio, & non è contra, est prius sito secundum naturam, sed secundum aliquem alium modum tam dictum: nisi fortassis prius secundum naturam dicatur equivoce tribus modis.

CAP. XLIV.

De Praedestinatione secundum quid nominis.

CAP. XLV.

Quod Praedestinatio realiter sit ponenda, quid sit, quot modis dicatur, quod non sit propter opera, sed secundum Dei gratuitam voluntatem. Et habet Corollarium quod nullus praedestinatur aut reprobatur propter opera quae faceret si ulterius uiuere, nec ullus saluatur propter opera vel damnatur.

CAP. XLVI.

Contra quosdam concedentes praedestinationem & reprobationem ad gloriam & ad poenam: sed negantes has esse ad aliquos certos gradus. Et habet Corollarium quod omnes gradus gratiarum, meritorum, prosperitatum, aduersitatum, gloriae siue poenae, in praesenti & in futuro similiter sunt praedestinati à Deo aeternaliter & distincte.

CAP. XLVII.

Obijcit & respondet.

CAP.

Capitula secundi Libri.

CAPITVLA SECVNDI LIBRI.

CAP. I.

Quod Liberum Arbitrium sit, & quid sit.

CAP. II.

De actu Liberi Arbitrij & eius obiecto. Et habet Corollarium quod non ideo dicitur Liberum Arbitrium, quia libere potest velle & nolle quodcumque, sed quia libere potest velle quodcumque obiectum suum volatile, & nolle quodcumque obiectum suum notabile.

CAP. III.

Quod nulla causa inferior potest necessitare voluntatem creatam ad rationalem & liberum actum suum ad meritum proprie, vel peccatum. Et habet Corollarium, quod voluntas creaturae rationalis non est passiva tantummodo, sed actiua: & quod voluntas per causas secundas sufficientissime disposita ad agendum, potest una vice non agere, & alias egerit liberum actum suum: quare & quod bonis in aequalibus propositis voluntati: non necessarius volens malis: immodè & propositio bono honesto, & malo inbonesto delectabili, tamen multum vel nihil, potest scilicet bono illo neglecto eligere illud malum. Quare & quod cum recta ratione in intellectu, est error passivus in affectu. Quod etiam appetitus irrationalis non necessitat hominem ad agendum, quod corpora caelestia non necessitant voluntatem: quod Diabolus non necessitat voluntatem, & quod nulla tentatio necessitat voluntatem: quod tamen paruum malum voluntati offerens ipsam necessitat ad non volendum & paruum bonum ad non nolendum possit, id est, ad non ostendum plane voluntas naturalis necessitate necessario hoc non potest, sibi etiam offeratur contingenter quod forte multum deceret, & plurimum expeccaret Theologus & perfectus catholicus Apostologum & alias tales scientias non negare.

CAP. IIII.

Quod Liberum Arbitrium tentatum, non potest proprijs viribus, sine Dei auxilio & eius gratia tentationem aliquam superare.

CAP. V.

Quod Liberum Arbitrium quantacumque gratia creata suffulsum sine alio Dei auxilio speciali non potest tentationem aliquam superare.

CAP. VI.

Quod illud Dei auxilium speciale, est voluntarius inuicta.

CAP. VII.

Quod nullus non tentatus, solus Liberi Arbitrij viribus, sine gratia, vel cum gratis quantacumque creata absque alio Dei auxilio potest peccatum aliquod curare. Et habet Corollarium, quod diuina voluntas, sicut tentatos à ruina conseruat: sic & non tentatos, tam à tentatione, quam à peccato praeseruat.

CAP. VIII.

De perseverantia quid sit, & quod nullus viator quantacumque gratia creata subnixus, solus Liberi Arbitrij viribus, vel etiam cum adiutorio gratiae possit perseverare finaliter sine alio Dei auxilio speciali.

Et habet Corollarium, quod nullus viator solus Liberi Arbitrij vel gratiae viribus aut amborum consuetum sine alio Dei auxilio speciali potest perseverare per aliquod tempus omnino.

CAP. IX.

Quod nec homo nec Angelus cum quantacumque gratia ante lapsum potuit perseverare finaliter, vel ad tempus sine alio Dei auxilio speciali.

CAP. X.

Obijcit & respondet.

CAP. XI.

Quod perseverantia non est aliquod donum Dei creatum à charitate & gratia realiter differens & distinctum.

## Capitula secundi Libri.

Et habet Corollarium quod nomen Perseuerantia nullam rem absolutam essentialiter significat, sed accidentaliter & relatiue, Charitatem videlicet sine iustitiam cum respectu futuræ permanentiæ continuæ & que in finem, & quod non improbabiler possit dici perseuerantiam esse ipsam relationem huius.

### CAP. XII.

Obijcit & respondet.

### CAP. XIII.

Quod illud auxilium sine quo nullus perseuerat, & per quod quislibet perseuerat, est Spiritus Sanctus diuina bonitas & voluntas.

### CAP. XIII.

Quod Perseuerantia gratis detur à Deo, non meritis comparetur.

### CAP. XV.

De Perseuerantia sempiterna de confirmatione videlicet beatorum & causa ipsius, quod ipsa est aeterna charitas Dei voluntas.

### CAP. XVI.

De Perseuerantia sempiterna, seu obstinatione malorum in malo, & causa ipsius.

### CAP. XVII.

Quod nulla creatura rationalis potest confirmari vel obstinari immutabiliter per naturam.

Et habet Corollarium, quod nulla creatura rationalis est aut esse potest immutabilis, inuertibilis aut impeccabilis per naturam.

### CAP. XVIII.

Contra quosdam dicentes actum Liberi Arbitrij nihil esse.

### CAP. XIX.

Obijcit & respondet.

### CAP. XX.

Quod cuiuslibet actus voluntatis create, Deus est necessarius cooperator.

Et habet Corollarium, quod quicquid effecerit voluntas creata, necesse est ut & illud efficiat increata, & quicquid operata fuerit voluntas angelica, vel humana, necesse est, ut & illud cooperetur diuina; & quod omnem actum voluntatis create totum efficiat voluntas creata, & totum similiter increata.

### CAP. XXI.

Responset sex falsas responsiones quarum prima dicit, quod ideo solum Deus dicitur facere omnem actum voluntatis create quia facit omnem voluntatem creatam; quæ sola verè & proprie efficit suum actum: Secunda, quod Deus ideo dicitur facere actum bonum voluntatis create, quia facit charitatem seu gratiam effectiue illius: Tertia, quod Deus conseruat voluntatem: Quarta, quod Deus facit obiectum & omnia mouentia voluntatem: Quinta, quod permittit: Sexta, quod Deus efficit proprie omnem actum bonum voluntatis, sed penitus nullum malum & corrigit ipsas generaliter & coniuuatiue.

### CAP. XXII.

Specialiter corrigit primam harum.

### CAP. XXIII.

Secundam.

### CAP. XXIII.

Tertiam.

### CAP. XXV.

Quartam.

### CAP. XXVI.

Quintam.

### CAP. XXVII.

Sextam.

### CAP. XXVIII.

Obijcit contra vigesimum & respondet.

### CAP. XXIX.

Quod voluntas increata & creata, in efficiendo actum voluntatis create non sunt coæquales, nec coæquales in ordine naturali.

### CAP. XXX.

Quod in omni actiue comuni voluntatum increata & creata, increata creatam naturaliter antecedit.

## Capitula tertij Libri.

Et habet triplex portissima, unum naturale, quod est in omni causatione comuni Deo & causa secunde, Deum causare prius naturaliter quæ causam 2<sup>am</sup> aliud theologicum Deum videlicet conditionaliter nisi uelle: 3<sup>am</sup> Logicum, nullam scilicet propositionem tribuere quæcumque causatione cuiusque cause inferiori & posteriori voluntate diuina, seu aliud quicquam positum inferius cuiusque, sub Deo esse ac primo simpliciter, nisi fortassis propositio dicatur de primo simpliciter ratione primitiuis subiecti, non cause, plurima tamen tales secundum quid & in certo genere sunt de primo.

### CAP. XXXI.

Obijcit & respondet.

Et habet Corollarium notabile quod sacra Theologia pius & prudentem lectorem requirit.

### CAP. XXXII.

Quod in omni non actione Deo & creature communi prius naturaliter est, Deum ibi non agere, quæ ipsam idem, quia Deus certam actionem per creaturam non agit, ideo creatura illam non agit; & non è contra.

### CAP. XXXIII.

Obijcit & respondei:

Et habet Corollarium nedum videlicet entia ad suum esse uerè, & non entia ad suum non esse Deo necessario indigere, Deum quoque non solum super entia, sed & super non entia tenere dignissimè principium.

### CAP. XXXIII.

Per præmissa allicet homines ad timorem & amorem, ad confidentiam, ad patientiam & humilitatem, ad orationem, & ad gratias referendas. Et habet Corollarium multiplex omnibus gratis gratiam.

## CAPITVLA TERTII LIBRI.

### CAP. I.

Quod Deus potest necessitate quodammodo omnem voluntatem creatam ad liberum actum suum & ad liberam cessationem & vacationem ab actu: Et habet Corollarium, quod aliqua necessitas & libertas ac meritum, casus, & fortuna inueniunt non repugnant, de futuri quoque, præsentia prædestinationis & gratiæ, cum Libero Arbitrio ac merito concordia generalis.

### CAP. II.

Quod Deus quodammodo necessitat quamlibet voluntatem creatam ad quemlibet liberum actum suum, & ad quamlibet liberam cessationem ac vacationem ab actu, & hoc necessitate naturaliter precedente: Et habet Corollarium, quod aliqua necessitas antecedens & libertas ac meritum non repugnant; & quod nulla causa inferior, sed tantum superior, scilicet Dei voluntas est necessitas antecedens respectu sui effectus: & quod omnia quæ sunt, fiunt, & eueniunt de aliqua necessitate ipsam naturaliter precedente.

### CAP. III.

De contingente ad utrumlibet secundum opiniones diuersas, & quod ipsum est.

### CAP. IIII.

Quid sit contingens ad utrumlibet: Et habet Corollarium, quid sit libertas contradictionis, & quis sit actus liber libertate contra additionis.

### CAP. V.

Quasi Corollarie ex præmissis 13. partes infert. Prima est, quod propositiones de contingenti equaliter conuertuntur per oppositas qualitates. II. Quod aliqua consequentia bona non est necessaria simpliciter, neque ut nunc, sed contingens aequaliter. III. Quod aliqua causa indeterminata, scilicet non prædeterminata ad agendum agit. IIII. Quod omnis & solus actus liber libertate contradictionis est contingens aequaliter.

Capitula tertij Libri.

- V. Quod omne & solum contingens aequaliter est actus liber libertate contradictionis.
- VI. Quod contingencia ad utrumlibet & necessitas non repugnant.
- VII. Quod contingencia dicitur proprie respectu presentis.
- VIII. Quod libertas dicitur proprie respectu presentis.
- IX. Quod nullus actus creaturae est simpliciter contingens aequaliter, sed tantum indeterminato genere, puta respectu causarum inferiorum.
- X. Quod nullus actus creaturae est liber simpliciter libertate contradictionis, sed secundum quid tantum, scilicet respectu causarum omnium secundarum.
- XI. Quod solus actus voluntatis divinae ad extra est simpliciter contingens aequaliter.
- XII. Quod solus actus voluntatis divinae ad extra est liber simpliciter libertate contradictionis.
- XIII. Quod prima & summa libertas contradictionis, similis quoque contingencia ad utrumlibet est in voluntate divina, & quae sunt cause similis libertatis & contingencia in alijs uniuersis.

CAP. VI.

Obijci: & respondet.

CAP. VII.

Obijci: quod efficientem, nunquid aliquid sit in potestate voluntatis creaturae; & ponit unam responsionem & corrigi.

CAP. VIII.

Recitat aliam 6. responsionem & emendat.

CAP. IX.

Respondet.

CAP. X.

Discriminat de necessitate & libertate:

Et habet Corollarium quod necessitas & libertas ac meritum non repugnant ad iniuriam, vel repugnant.

CAP. XI.

Obijci: & respondet:

Et habet corollarium, quatuor sit libertas in irrationalibus creaturis, & quomodo differt & conuenit cum rationalium libertate.

CAP. XII.

Incepit disputare illam famosissimam questionem, nunquid omnia quae eueniunt, de necessitate eueniunt, & recitat opinionem Mathematicorum, seu Stoicorum dicentem, quod omnia quae eueniunt, eueniunt de necessitate simpliciter absoluta.

CAP. XIII.

Tractat opinionem Ciceronis, dicentem Deum nescire futura.

CAP. XIII.

Tractat opinionem dicentem, quod multa sunt futura in natura sua, sed non apud Deum.

CAP. XV.

Recitat quartam opinionem Sophistarum dicentium nihil esse futurum.

CAP. XVI.

Refutat quintam opinionem Megaricorum, negantium omnem potentiam ad futura.

CAP. XVII.

Corrigit sextam opinionem quorundam, putantium quod aliquid est futurum ad utrumlibet vel non futurum in sensu composito, non diuiso.

CAP. XVIII.

Recitat septimam opinionem dicentem, quod aliquid potest incipere esse futurum.

CAP. XIX.

Castigat octauam & nonam opiniones, credentes nulla inferioris mundi sub diuina providentia contineri, & quod nulla voluntaria seu libera per Dei providentiam disponantur.

CAP. XX.

Corrigit decimam opinionem quod Deus non habet volitionem, respectu alicuius effectus mundi inferioris, & undecimam quod non vult aliquem effectum voluntarium, seu liberum.

CAP. XXI.

Refellit duodecimam opinionem, putantem quod nulla inferiora fiunt a Deo, & decimam tertiam assumantem, quod nulla voluntaria seu libera, immutabile & proprie fiunt ab eo.

CAP. XXII.

Castigat decimam quartam opinionem, quod Deus non vult aliquid libere futurum absolute, sed tantum conditionaliter, & decimam quintam, quod nulla mala, sed tantum bona sunt absolute pronisa, voluta, aut facta a Deo.

CAP.

Capitula tertij Libri.

CAP. XXIII.

Arguit decimam sextam opinionem, ponentem quod Deus non vult actum liberum creaturae voluntate antecedente, sed tantummodo consequente, & quod Deus cum creatura coexistit omne actum liberum creaturae, sed posterius ordine naturali, & decimam septimam arbitrantem quod licet Deus semper de facto agat & praecipiat actum quemlibet creaturae, est tamen absolute possibile aliquid quam creaturam agere per se solum.

CAP. XXIII.

Tractat decimam octauam opinionem, dicentem quod Deus vult & praecipiat in hominis potestate, & decimam nonam, quod est in hominis potestate facere aliquid, unde sequitur Deum non velle, nec inquam voluisse aut fore quod tamen non vult, & semper vult ipsum fore, & in gestimam, quod quam primo voluntas divina praecipiat actum liberam voluntati humanae, tam primo potest humana in oppositum talis actus, & vigesimam primam, quod licet voluntas humana non producat, & actum futurum in b. inchoata, potest homo se prius inchoata, quod Deus non producat, & actum futurum inchoata, & vigesimam secundam, quod hoc tunc non vult, quare & quod tunc non habeat illum actum, & vigesimam tertiam, quod voluntas divina non est semper necessaria in agendo, sed desecit libere & si uult aliquid potest, & vigesimam quartam, quod voluntas divina non est causa efficiens aliquorum, sed tantum conueniens intellectui diuino auctanti, & alia quae ad eam virtutem excutitur, & post hoc in Deo vult, & vigesimam quintam, quod voluntas divina non est causa efficiens, & vigesimam sextam, quod voluntas divina non est causa efficiens, & praecepit omnes actus voluntatis creaturae, hoc tamen facit tam debiliber instando, quam potest quam ipsam necessitat ad egeendum.

CAP. XXV.

Tangit 23<sup>am</sup> opinionem fugientem Deum non praecipere praedestinare velle, nec facere gradum actuum liberorum meritorum, aut etiam praemiorum, & 26<sup>am</sup> quod nullus actus est aliquid, & 27<sup>am</sup> quod nullum non agere cessare, sine quod scire est a Deo, & 28<sup>am</sup> quod res futurae praesentiae sunt praesentiae Dei causa, & 29<sup>am</sup> quod res futurae praesentiae sunt causa sine qua non diuina praesentiae, & 30<sup>am</sup> quod Deus scit & praecipit res secundum modum illarum, & 31<sup>am</sup> Academicorum, quod nullus potest errare aut scire illud in obstruam natura miraculum, & absconditum Dei arcanum, & 32<sup>am</sup> quod in omnibus rebus futuris, praesentibus atque praeteritis, respectu scientiae & voluntatis divinae, est semper contingencia ad utrumlibet, & libertas, & nulla omnino necessitas.

CAP. XXVI.

Tractat opinionem 33<sup>am</sup> famosorem caeteris quae affirmat quod aliquid semper fuit futurum, & actus est futurum, non est tamen necessarium ullo modo illud unquam fuisse, aut nunc esse futurum, & quod aliquid nunquam fuit futurum, nec nunc est futurum, & possibile possibilitate omni necessitate, & posita est illud semper fuisse & nunc esse futurum, & de praesentia Dei correspondenter emittitur omni tamen praeterito, vel praesenti dicit, quod necesse est illud fuisse, & quod necesse est Deum semper praesens illud fuisse futurum, vel scire illud esse nunc praesens, quod etiam necesse est Deum semper illud esse praeteritum, ac fuisse, & corrigi eam super insufficientia responsions, id quod non sufficienter difficultatem euacuat.

CAP. XXVII.

Respondet secundum sententiam Philosophorum & Theologorum, quod omnia futura eueniunt de quadam necessitate respectu causarum superiorum, non contraria, sed consentanea libertati.

CAP. XXVIII.

Recitat unam glossam auctoritatum erroneam.

CAP. XXIX.

Obijci: & respondet.

CAP. XXX.

Arguit eam super falsitate hypothesis, per viam sumptam a necessitate & libertate voluntatis diuinae, quae semper necessario uniformi permanet, & aequalis.

CAP. XXXI.

Renocat eandem per viam necessitatis & contingenciae intellectus scientiae aequae diuinae.

CAP. XXXII.

Reducit eandem per viam immutabilitatis voluntatis diuinae.

CAP. XXXIII.

Adnotat eandem per viam reuelationis in verbo, & ponit 6. responsiones concedentium reuelationem in verbo, & arguit grauer contra illas.

CAP. XXXIII.

Arguit specialiter contra primam.

CAP. XXXV.

Contra Secundam.

CAP.

Capitula tertij Libri.

CAP. XXXVI.

Contra tertiam.

CAP. XXXVII.

Contra quartam.

CAP. XXXVIII.

Contra quintam.

CAP. XXIX.

Contra sextam.

CAP. XL.

Corripit negantes revelationem in verbo.

CAP. XLI.

Recitat diuersos modos secundum diuersos videri in verbo obijcti, & soluit.

CAP. XLII.

Reducit adhuc opinionem trigessimam tertiam & eius hypothese[m] per viam revelationis in proprio genere; & primo de Domino Iesu Christo, & recitat unam responsionem dicentem, quod Christus potuit decipi, & resellit.

CAP. XLIII.

Tractat aliam responsionem.

CAP. XLIII.

Recitat tertiam responsionem.

CAP. XLV.

Ventilat quartam responsionem.

CAP. XLVI.

Contra eandem opinionem & hypothese[m] per viam revelationis in proprio genere, de puris creaturis scilicet Angelis.

CAP. XLVII.

Contra eandem opinionem & hypothese[m] per eandem viam de puris hominibus.

CAP. XLVIII.

Recitat 4. Responsiones & corrigit.

CAP. XLIX.

Recitat 4. item opinionem, dicentem quod in futuris reuelatis est ordinata vel absoluta necessitas, in alijs vero nulla.

CAP. L.

Respondet secundam sententiam Philosophorum & Theologorum, quod Deus vult & scit necessario, quicquid vult & scit necessitate sequente immutabilitatis, immobilitatis, stabilitatis, & ordinata non precedente, & simpliciter absoluta, non naturali, violenta, aut inuita, non contraria, sed consentanea summa & maxime libertati.

Et habet Corollarium, quod omnem actum volitionis & cognitionis diuina[m] presentem, necesse est necessitate sequente predicta[m] semper fuisse, & similiter semper fore; quare & quod omnia que presentialiter sunt, fiunt, aut eueniunt, simili necessitate sunt, fiunt, & eueniunt in presenti; & quod omnia que eueniunt in futuro: immo & quod omnia que nunc fiunt, de aliqua necessitate precedere nunc fiunt; & quod omnia que eueniunt de aliqua necessitate precedente eueniunt in futuro.

CAP. LI.

De aternitate:

Et habet Corollarium, quod unicum & idem est instans & immutabile penitus in tota aternitate, & quod tota aternitas non est multiplicior neq. maior suo instanti, nec instans aternitatis ipsa simpliciter neq. minus, quare & quod idem est realiter aternitas & sui instans: Amplius autem & quod in nequaquam obstantibus dicitur aternitas tota, magna, longa, etiam infinita fuisse quare esse & fore, aliquid in super in ipsa fuisse esse & fore; quamobrem & quod de Deo & acta eius intrinseco dicitur transumptive fuisse, est, & erit, de actionibus tamen eius extrinseco proprie temporaliter dicitur fecit, & facit, & faciet.

CAP. LII.


Per viam aternitatis ostendit sententiam 5.º per aliam.

Et habet Corollarium 30. partium notandarum, obijcti, & soluit.

CAP. LIII.

Contra promptuos accusatores, faciles iudices & precipites damnatores; & ponit 30. capitula que sibi videntur erronea, implorans humiliter auctoritatem Ecclesie quatenus deseruet veritate[m].

THO.



THOMÆ DE BRADWARDINA

AD SVOS MERTONENSIS,

EPISTOLA PRIOR.




lectis Fratribus & amicis, Custodi ac Scholaribus Aulæ de Merton in Oxon Spiritus Sanctus gratiam septiformem Aliquot es accidisse contempere, ut in rerum difficilium tractatione, aut insipientia relatoris auditorem corrumperet, aut temeritas auditoris relatores infamaret. Quapropter æquè cauendū mihi videtur, ut potissimum illic, ubi sine periculo aliud sentiri non potest, nec facile præsumamus asserere, nec aliena temerè dijudicare. Noui ego quanta, ut dicit B. Aug. somnia cor humanum pariat, atque eo iudicio quo in sui cognitione fallitur, cætera quoque quæ propter ipsum sunt, non rectè suspicatur. Quid enim hoc esse putatis, quod de rerum veritate tam diuersa sentire solent homines? Nunquid non vna est veritas? Ecce, ut interim de Deo taceamus, quid est quod dialectica tot diuersas, & tam aduersas, ne dicam peruersas habet sententias. Nunquid non omnes nouerunt vnam id quod est, & amore fallendi diuersa finxerunt? Non sic ego puto, sed narrant quique somnia sua, & ea qua primum ipsi in se opinione decepti sunt, postmodum alios nescientes seducunt. Et sicut B. Iob amicis suis arrogantibus, & de se plusquam oportebat præsumptibus dicit, omnes iam non solum secum mouerant, sed exortam quoq. à se sapientiam putant. Dignum ergo est ut id ipsum in nostra nos assertionem veritatis, tot iam videmus esse diuersos. Quia enim de longe veritas videtur, iudicia parit, & tantum de ipsa potest quisq. quantum ipse est. In nobis quippe quod dierum cognitione percipimus, eo modo cordis intellectus de hijs quæ extra sunt ad veritatem iudicat, quo se interius animus in repræsentatione figurat. Vnde necesse est, ut dum mens interius prauè afficitur, intellectus quoq. in iudicio eorum quæ foris sunt decipiatur. Hæc ipsa est causa quæ etiam aliquando in

vnta-

veritate sensuum, controuersia verborum generare solet: quæ tamen tunc veniale fit, cum pertinax non fuerit. Hanc igitur nos, qui Dei verbi tractatores & inquisitores veritatis esse videmur, si inter nos forte, vt a solet, aliquando inuenimus, citius in id ipsum redeamus: ne si cæperimus nostra dicta pertinaciter defendere, aliud putemur sapuisse.

Illud quod de causa Dei contra Pelagium charitas vestra à me querere dignata est, iam pridem inter quosdam sapientes ventilatum fuisse didici: atque ex hijs quid senserunt quibus magis credendum esse existimamus tum alijs de ipsis, tum ipsis de se referentibus agnoui. Ego autem cum sapius hac materia pulsari solem, talem me esse profiteor, qui nollem hinc aliquid ab omnibus vel tam curiosè ac supersticiosè inquiri, vel tam fidenter asseri. Vnde nunc quoq; gemina in hac re consideratione coarctor, cum videam me & prudentiæ vestræ debere silentium, & bonitati responsum. Inter hæc ipsa etiam rei difficultas occurrit, quæ fortassis non poterit à me, ita vt decet compendiosè discuti, Cum ego si modum in dicendo transiero timeam supersticiosus videri; volo tamen & multo magis volo aliquando in parte inscientiæ argui, quam charitatis contemptor videri; & verba incòposita habere, quam cor peruersum. Valete semper in Domino nostro Iesu Christo, qui est via ducens à deo, veritas firmans in promisso, & vita conformans in termino.



THO.



T H O M A E

BRADWARDINI

DE CAUSA DEI

LIBER I.

CAP. I.

*Præmittit 2. suppositiones, quarum 1. est, Deus est summè perfectus & bonus, in tantum quod nihil perfectius, vel melius esse possit.*

*2. Est, Nullus est processus infinitus in entibus, sed est in quolibet genere unum primum.*



**I**n primis firmissimè supponatur, quod Deus est summè perfectus & bonus, in tantum, quod nihil perfectius vel melius esse possit. Hac autem suppositio possit euidenter ostendi, ex magnitudine perfectionis & bonitatis ipsius, quæ est simpliciter infinita, sicut rationibus Philosophicis & Theologicis postea multipliciter demonstrari. Hanc etiam suppositionem testari videtur pater Philosophorum Hermogenes, sive Hermes, Mercurius triplex, Talmegistus triplex, in philosophia ter maximus, Rex Aegypti, Philosophus & Propheta, de Verbo æterno 34. dicens de Deo; Ipse totus est plenus atque perfectus: & infra 35. Ipse factus, & incorruptus, & sempiternus est, & si quid potest melius nuncupari: Deus enim summum bonum; quam & contestari videtur eius filius Aristor. in de Mundo 1. sic dicens: Potius estimandum, quod & conueniens est & magis aptum Deo: & in alia translatione; Melius autem *accidit*, quod & melius est, & Deo maxime conueniens: Et 12. Met. 39. Deus est vnus, æternus, infinitæ nobilitatis. Et Boetius 3. de consolat. Philosoph. Prosa 10. Deo nihil melius cogitari potest. Viginti quatuor etiam definitionum seu propositionum de Deo à 14. Philosophus editarum 5. sic ait: Deus est quo nihil melius excogitari potest. Quibus etiam concordanter Anselmus Profolog. 2. Credimus, inquit Deo, te esse aliquid quo nihil melius cogitari possit: Qui & Monologion 15. Sicut, inquit, nefas est putare, quod substantia supremæ nature sit aliquid, quo melius sit aliquo modo non ipsum: sic necesse est, vt sit quicquid omnino melius est, quam non ipsum. Hoc etiam Richard. 1. de Trinit. 20. sic testatur: Omnes quicquid optimum iudicant incunctanter Deo attribuant. Et Augustinus 1. De doctr. Christian. 4. Omnes pro excellentia Dei certatim dimicant, nec quisquam inueniri potest, qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid est: Itaque hoc omnes consentiunt Deum esse, quod cæteris rebus